

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. XI. - An amicitia regis in subditum sit melior amicitia patris in filium?

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

Opp.

In Aristocratiā maior vis consilij & prudentiæ requiritur: ergo monarchia non est optimus status rei. publ. vt hīc docet philosophus.

Retp.

Non est maior vis consilij, si cōsules assistentes reg. in suo imperio spectes.

An in familia sint expressæ imagines tuū istarum constitutionum in republ.

Familia ciuitati similis.

Sunt, nam si pater præsit filijs, si vir uxori in bonis, vt natura postulat, regni quedā imago & imitatio oritur. Vetus enim est illud, Rex quisq; in proprio dicitur esse domo: si verò sibi non illis consulat in tyrannidem patris regnum commutatur. & sic in reliquis in textu fit per philosophum comparatio.

CAP. XI.

An amicitia regis in subditum sit melior amicitia patris in filium?

NE inanis & otiosa videretur ista de constitutionibus reipublicæ digressio, omnia quæ de illis dixit Arist. ad vsum fructūq; amicitie hoc loco accommodat. Primumq; probat regiam amicitiam in subditos cum paternā in filios aptissimè posse comparari. Hinc patris amicitia quædam veluti monarchia, fra-

fraternitas
sio vinit
velut
tyranni
vt inq
amiciti
ar met
ratis)
minu
oratio
minu
obre
terpre
Amicitia
confide
tur, vel
quoad

Pater
hæc su
mellior

hæc esse
patris

Fit

fraternus amor quasi sociorum consensio, viri in vxorem benevolentia quaedam veluti Aristocratia in textu dicitur. In tyrannide alijsq; vitijs reipublicae nulla vt inquit philosophus fieri potest cum amicitia comparatio. Nam in illis vis ac metus (qui sunt pessimi custodes ciuitatis) principatum tenent. Sed de his quae minus ad institutum spectant longioris orationis telam contexere, esset in re minus utili & fructuosa laborare. Quam obrem cum Thoma & alijs classicis interpretibus ad grauiora festinamus.

Amicitia } Verum & internum obiectum amicitiae,
 considera- } & sic paterna amicitia est maior in fi-
 tur, vel } lium quam regis in subditum,
 quoad } Externum beneficium, & sic amicitia regis
 est melior quam amicitia patris.

Opp.

Pater est causa essendi, nutriendi, sciendi in filio: sed haec sunt longe optima beneficia: ergo patris beneficia meliora sunt quam regis beneficia.

Resp.

Esse, & bene esse habent subditi a rege. Nam est pater patria & pastor gregis, vt docet philosophus in textu.

Opp.

Est solum comparatio constitutionum publicarum non domestica

domesticis in textu: ergo distinctio tradita minus appositè videtur assignari.

Resp.

Ratio non sequitur, quia in illa comparatione di-
excellentià beneficiorum in omni statu disputatur.

CAP. XII.

*An gradus amicitia rectè assignentur?
An paterna amicitia erga filium sit maior
quàm filij erga patrem?*

Amicitia
quæuis gra-
dus quoddam
habet.
Amicitia
naturalis
quatuor
gradus.

GRADVS quidam sunt amicitia, si-
ue à naturæ ytero sit parta, siue tem-
poris successione sit confirmata. Inter
species amicitia, quæ vi naturæ coales-
cunt, prima est patris in filium, secunda
viri in vxorem, tertia fratrum inter se,
quarta cognatorum & affinium, qui ab
eadem stirpe quasi palmites ab vna radi-
ce enascuntur. In primo gradu pater plus
filium diligit, quàm filius patrem: hoc
probat à causa, quia pater dat esse filio,
est enim filius pars quædam patris; ab ef-
fectu, quia pater nutritionem, educatio-
nem, scientiam filio cõcedit; à subiecto,
quia est excellentior persona; à tempore,
quia